



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Infirmis. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Nulli quavis ratione priuatis de cau-
sis e Seminario exire liceat, nisi de licen-
tia Rectoris; a quo hæc licentia tantum
permitteretur, cum id vrges necessitas po-
stulabit; & ijs solum de causis, quæ illi a
Reuerendiss. Archiepiscopo fuerint præ-
scriptæ; neque verò nisi communi ianua
ingrediatur, aut exeat.

Cum in publicum procedunt, violacei
coloris vestes induant.

Eodem habitu in ecclesia ytantur, cum
diuinis officijs, aut concionibus, aut Mis-
sæ sacrificio intersunt; præterquam cum
ferialibus diebus Missam audient.

Alijs temporibus eas ne deserant, etiam
si obtenta facultate, vacationis tempo-
re, aut alia de causa domum se conse-
rant.

Curet vnusquisque, vt decimo quinto
quoque die aliquis ad Seminarium ve-
niat, qui sibi de necessarijs prouideat,
pecuniamque deponat penes electum a
Rectore, in minoris pretij rebus insu-
mendam.

In ipse, siue domi, siue foris, graui-
tatem, & modestiam præferant; ne cur-
sitent, vel contentius ambulent; brachia
ne iacent; oculis ne vagentur, aut in via
rei alicuius inspiciendæ causa consistat;
Ne altiore voce colloquantur; ne bra-
chijs vestes inuoluant, etiam si pulue-
rulenta via sit, aut lutulenta, caueant tam-
en, ne eas luto inficiant, aut puluerem
excitent.

Dum in ecclesiam procedunt, & loci
sanctitatem, & conueniendæ causam at-
tentè cogitent, debitamque pietatem, mo-
destiam, ac silentium seruent.

Cum in Ecclesia Maiori, aut in alia qua
uis extra Seminarium erant, non modò
ab ecclesia, sed ne a choro quidem, siue
Vicarij Generalis, cum adest, vel eo ab-
sente, siue eius facultate, quem Rector
constituerit, etiam a quocunque vocati
discedant; ijs exceptis, quibus pro care-
moniarum ratione, Canonici ordinarij
tunc in diuinis officijs ministrantes, a
choro in sacramentum, & ab eadem in cho-
rum deducendi erant, qui sine huiusmo-
di licentia a sua statione discesserit, gra-
uiter a Rectore puniatur.

Ne de nocte, nisi cum lumine do-
mo incedant; qui secus fecerit, gra-
ues penas dabit.

Qui exeundi potestatem iusta aliqua
de causa sibi fieri cupient, pridie illius
diei exeundi causam Rectori in scriptis
significabunt; Ministrum simul de offi-
cio, quod domi præstare debuissent, cer-
tiores facient; Impetrata facultate, in
exitu Rectorem adeant; idem faciant,
cum reuertentur.

Inter eundem illam cautionem adhi-
beant, vt minores dignioribus primam
locum cedant.

Ea tantum loca petant, ad quæ profi-
ciscendi concessa fuerit facultas; ac det
operam, vt quam celerim fieri possit,
se expediant; domumque se recipiant,
antequam detur signum Angelicæ Salu-
tationis.

Cum assignatis sibi locijs exeat, &
ab ijs nunquam se se disungentes, dor-
mum reuertantur.

Nullus e Seminario quidquam aspor-
tare audeat, priusquam illud Rectori aut
Ministro ostenderit.

De Infirmis. Cap. VII.

Cum primum morbo correptus quis
decumbet, ac præcipue febrî, sta-
tim per se, aut per alium, Ministrum mo-
neat: ac in valedudinarium missus, con-
tinuò confessorum accersat, eique pecca-
ta sua confiteatur.

Medico obtemperet, & cui infirmorum
cura demandata est.
Morbi vim patienter ferat, ac in omni
fortitudinis ac constantiæ officio se se
continens, patientiæ, & pietatis exem-
plum ijs præbeat, qui ad illum inuisen-
dum accesserint.

Ne quisquam ægrotum inuisat sine
Rectoris, aut Ministri facultate; neque ad
illum quidquam afferat, præter ea, quæ
Medicus præferit; idque a Rectore,
vel Ministro venia petita.

Cum aliquis periculosè ægrotauerit,
omnes pro eo Deum suppliciter orent;
vt si ad maiorem Dei gloriam, &
ægroti salutem futurum sit, in
notissimam præsentiam recupere-
ret valetudi-

nem.

Quæ

Quæ ad hæc Clericorum constitutiones generatim pertinent.

Hæ constitutiones ad clericos pertinentes, semel vt minimum singulis mensibus in triclinio legantur: quibus, sicut & cæteris omnibus, quæ a Re-
gore præcipiuntur, obediētes erunt;

ab eoque vel a Ministro impostas penas promptè subibunt.

Illud quæ omnes meminerint, nisi bene ac religiosè se gesserint, fore vt eijciantur è Seminario; atque compellatur sponfor, vt totum id deponat, quod pro illis sponderit.

T A B V L A
ARCHIEPISCOPORVM
SANCTAE ECCLESIAE
MEDIOLANENSIS.

Ex Decreto Concilij Prouincialis IIII.

E D I T A.

1 S.

B

arnabas Aposto-
lus, Cyprius, Ro-
mæ primùm fidẽ
prædicauit, dein
de Mediolanen-
sem Ecclesiã in-
stituit: in qua epi-

scopus sedit annos v i i. Inde Bergamo-
mum, & Brixiam profectus; hic Nar-
num, illic Anatolium episcopum reli-
quit.

2 S. Anatolius, beati Barnabæ Apo-
stoli discipulus, Græcus, Cyprius, sedit
annos x. Lino Pont. Mediolano ab Apo-
stolo Barnaba Brixiam euocatus, ob fi-
dem in ea vrbe conitanter multa per-
pessus, in Domino obiit septimo calen-
das Octobris. Quem diem eius natalẽ
ecclesia Mediolanensis officio precum so-
lenni colit.

3 S. Caius Sergius, Romanus, sancti
Barnabæ Apostoli discipulus, vitæ san-
ctitate, & charitate erga pauperes in
primis mirifice præluxit. Vitalem &
Valeriam coniuges, beatorum marty-
rum Protasii & Geruasii parentes, a-

liosque ciues Mediolanenses senatorij
ordinis baptizauit. In prædio Ca-
siritiano cæmeterium, vbi martyres
sepelirentur, dedicauit. Romam pro-
fectus, euangelij prædicationem cum
beato Clemente, cæterisque Aposto-
lorum discipulis communicauit. De-
mum fidei causã cum Clateo Brixie
Episcopo multa perpessus, obiit in Do-
mino, quinto Calendas Octobris, Se-
dit annos x i i. Sepul. est in basilica S.
Naboris.

4 S. Casiritianus Oldanus, Medio-
lanensis, Basilicas tres, vnam Portia-
nam, alteram Faustinianam, tertiam
beati Ioannis Baptistæ ad Concham æ-
dificauit. Calimerum græcum homi-
nem, egregium christianæ pietatis cul-
torem, benignè excepit, diuque aluit.
Peregrinos, & pauperes fouit perpetuo.
Ad Iesũ Christi fidem Ecclesia
Mediolanensis x i i. annos religiosè ad-
ministrata, conuertit multitudinem
innumerabilem. Vitæ sanctitate cla-
rus; migravit ad Dominum Calen-
dis Decembris. Eius corpus via Ro-

Ggg 2 mana